Österreich (Wien), 1473-1474

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



29 reg

213

dauid: et regnauit ezechi
as filius eius pro eo

Anno duodecimo ach:
as regis iuda regnauit osee filius he
la i samaria super israhel
nouem annis: fecitq; ma
lum coram domino: sed non sicut
reges israhel qui ante eum
fuerant. Contra hunc ascendit
salmanasser rex assiriorum
et factus est ei osee seruus
reddebat quoq; illi tributa. Cum
quoq; deprehendisset rex assiriorum
osee quod rebellare niteretur
misisset nuncios ad so regem
egipti ne redderet tributa
regi assiriorum sicut singulis
annis solutus erat: obsedit
eum et iniecit in carcerem: peregratusq; est omnem
terram: et ascendens samariam
obsedit eam tribus annis
anno autem nono osee cepit
rex assiriorum samariam: et tran
tulit israel i assiriorum: posuit
quoq; eos i haylam et i habor
iuxta fluuium gozan i ciuita
tibus medorum. Factum est enim
cum peccasset filius israel domino
deo suo qui eduxerat eos de
terra egipti de manu pha
raonis regis egipti: coluerunt
deos alienos et ambu
lauerunt iuxta ritum gentium
quas contriuerat dominus in
aspectu filiorum israel et regum
israel quia fecerat. Et
iniquauerunt filii israel ver
bis non rectis dominum deum suum
et edificauerunt sibi excelsa i
cunctis urbibus suis a turre custo
die usque ad ciuitatem munitam. Fe
ceruntq; sibi statuas et lucos i
omni colle sublimi et subtus omne
lignum uenenosum. et adolebant
ibi incensum super arcas in more
gentium quas transtulerat dominus a
facie eorum. Fecerunt quoq; res pessi
ma irritantes dominum et coluerunt
immundicias de quibus praecepit eis dominus ne facerent ver
bum hoc. Et testificatus est dominus
israel et iuda per manum omnium prophetarum et uidentium dicens: Auertimini a uiis
tuis pessimis. et custodite praecep
ta mea et ceremonias iuxta
omnem legem quam praecepi patribus
vestris: et sicut misi ad uos
i manu seruorum meorum prophetarum
qui non audierunt sed indura
uerunt ceruice sua iuxta cer
uice patrum suorum qui noluerunt
obedire domino deo suo et abiecerunt legitima eius. et pactum
quod pepigit cum patribus
eorum. et testificationes quibus
obtestatus est eos: secutiq; sunt
uanitates et uane egerunt
et secuti sunt gentes quae erant
in circuitu eorum super quibus pre
ceperat dominus eis ut non facerent sicut et ille faciebat. Et
dereliquerunt omnia praecepta domini
dei sui: fecerunteq; sibi conflatiles duos uitulos et lucos et
adorauerunt uniuersam militiam
celi seruiuerunteq; baal.
et consecrauerunt filios suos et filias suas per ignem et diuinationibus
inseruierunt et auguriis. et
tradiderunt se ut facerent malum
coram domino. et irritarent eum
iratusq; est dominus ueheementer israhel